



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

An persona vel natura prædest. F

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

est naturaliter hominis filius, q̄ est naturaliter fili⁹
 vnigenitus Dei patris. Quod autē nō sit adoptiu⁹
 filius, & tamē gratia sit filius, ex subditis probatur
 testimoniis. Hier. super epist. ad Ephe. ait, De Chri-
 sto Iesu scriptū est, q̄a semper cū patre fuit, & nun-
 quam eum vt esset voluntas paterna præcessit: &
 ille quidē natura filius est, nos vero adoptione. Ille
 nunquā nō fuit filius: nos antequā essemus, præde-
 stinati sumus, & tunc spiritum adoptionis accepi-
 mus, quando credimus in filium Dei. Hilar. quoq̄
 in li. 3. de trin. ait, Dominus dicens, clarifica filium
 tuum: non solo nomine contestatus est se esse filiū
 Dei, sed etiam proprietate. Nos sumus filii Dei: sed
 non talis hic filius. Hic enim verus & proprius est
 fili⁹ origine, non adoptione: veritate, non nuncu-
 patione: natiuitate, non creatione Aug. etiam sup
 Ioan. ait, Nos sumus filij gratia, non natura: vnige-
 nit⁹ autē natura, nō gratia: an hoc etiam in ipso fi-
 lio ad hominē referēdum est. Ita sane Ambr. quoq̄
 in 1. lib. de fide ait, Christus filius est non per ado-
 ptionē, sed per naturam: per adoptionem nos filii
 dicimur, ille per veritatē naturæ est. Ex his euidē-
 ter ostenditur, quod Christus non sit filius gratia
 adoptionis. Illa enim gratia intelligitur, cum Aug.
 eum non esse gratia filium asserit: gratia enim sed
 non adoptionis, imo vnionis filius Dei est filius
 hominis, & è conuerso.

*Hiero. ad Iu-**lud. c. 1. ad**Ephes. In**charitate**prædestinās.**In Tom. 9.**Non longe**à principio**3. lib.**Tractatus 2.**in fine ad**illud Ioā. 15.**Sicut & ego**patris mei.**Amb. ca. 9.**ante med.**Tom. 1.*

Vtrum persona vel natura prædestinata sit. F

Deinde si quæritur, vtrum prædestinatio illa q̄
 commemorat Apostolus, sit de persona an de natu-
 ra. Sane dici potest & personam filii, quæ semper
 fuit esse prædestinatam secundum hominē assum-
 ptum. vt ipsa scil. ens homo esset Dei filius:
 & humanam naturam esse prædesti-
 natam vt verbo patris persona-
 liter vniretur.

*Ad Rom. 1. a.**Rom. 1. a.*

N n a VTRVM